



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

R. Tituli Sanctorvm Marcellini & Petri Presbytero Cardinali, Casinensi
Abbati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Epistolarum Innocentij III.

appellationis obstaculo procedentes, ad nostram audientiam remitterent ipsam sufficienter instruam, p̄figentes partibus terminum competentem quo se nostro conspectui p̄farent. Sed quia idem electus examinationi causæ non potuit interesse, commisit eidem Notario vices suas. Qui juxta mandatum nostrum procedens, eandem causam sufficienter instruam ad nostram audientiam remittere procuravit, festum nativitatis beatæ virginis proximò prateritum p̄figens partibus, in quo nostro se conspectui p̄farent. Partibus igitur in nostra praesentia constitutis, & rationibus utriusque pleniùs intellectis, quia manifestè cognovimus mandatum super divisione facienda quibuldam circumventionibus à præfato prædecessore nostro fuisse subrepertum, quod ipse postea recognoscens ut cuncte studuit revocare, quanquam id fecerit parte altera penitus ignorantē, de consilio fratrum nostrorum quicquid illius occasione mandati super divisione fuerat attentatum, decrevimus irritum & inane. Postmodum autem ut inter ipsas Ecclesiæ pacis possent foedera reformari, operam deditus efficacem, partes cum diligentia commonentes ut inter se amicabiliter componere procurarent. Quæ nobis mediantibus ad talem concordiam devenerunt quod vos pro bono pacis Yserniensi Ecclesiæ concessistis ut castrum Fossæ cœcæ, quod vestra possebat Ecclesia, eadem Yserniensis Ecclesia in perpetuum obtineret, & castrum Capriata, super quo pariter fuerat lis exorta, in perpetuum remaneret Ecclesia Venafrana; ac castro sancti Iohannis, de quo quæstio vertebatur, in vestris manibus sequestrato, donec de ipso ad cuius parochiam pertineat plenius cognoscatur, de cetero proprium & speciale Episcopum habeat Ecclesia Venafrana, qui sua sit contentus dioecesi, quam dinoscitur antiquitus habuisse, Ecclesia Yserniensis dioecesi sua pari modo contenta, personam idoneam sibi eligat in pastorem, quæ ipsi Ecclesiæ p̄fesse valeat pariter & prodeesse. Ne igitur quæ in praesentia nostra concorditer & amicabiliter sunt statuta in recidiva contentionis scrupulum relabantur, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est & ab utraque parte sponte recepta, auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti pagina communimus. Decernimus ergo &c. nostra confirmationis

&c. Si quis autem &c. Datum apud Montem Flasconem per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Cosmidin Diaconi Cardinalis, S. R. E. Cancellerij, VI. Kal. Augusti, Indictione IX. incarnationis dominice anno M C C V I I. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IIII. anno decimo.

R. TITVL V SANCTORVM MARCELLINI
& Petri Presbytero Cardinali,
Casinensi Abbatii.

Ex conquestione venerabilis fratris nostri.. Episcopi Venafrani ad nostram noveris audientiam pervenisse quod cùm olim Ecclesia Venafrana in magnō esset necessitatis articulo constituta, dilectus filius Iohannes de Abner, qui tunc temporis electus fuerat ad eandem, quādam terram B. de Duratio civi Venafrano pro certa quantitate pecuniae obligavit. Et ne idem creditor per canonem contra usurarios editum posset impostorum conveniri, terram ipsam recepit ab eo titulo emptionis, cùm re vera contratus usurarius ageretur. quod patet ex eo quod idem creditor, sicut publicum continet instrumentum, debitori promisit quod quandocunque ipsi restitueret pecuniam antedictam, terram ipsam eidem restituere procurarer. Licet autem tamdiu eandem tenuerit taliter obligatam quod ex ipsis fructibus jam perceperit ultra sortem, ipsam tamen, instrumentum venditionis allegans, in anima sua periculum retinet & restituere contradicit. Quia vero frans & dolus aliqui patrocinari non debet, discretioni tua per apostolica scripta mandamus quatinus, si res ita se habet, instrumento venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra usurarios non obstante, predictum civem, ut fructibus computatis in sortem, & recepto si quid fortis defuerit, terram ipsam restituant conquerenti, per poenam in Lateranensi Concilio contra usurarios promulgatam appellatione remota constringas. Testes &c. Datum Viterbij IX. Kal. Augusti, anno decimo.

DECANO ET CAPITVLO
sancti Aniani Aurelianensis.

CVM Ecclesia vestra sedis apostolica sit filia specialis, indemnitatibus ejus paterna volentes sollicitudine p̄cavere, praesentium auctoritate statuimus ut per litteras apostolicas quæ ad.. Archiepiscopum Senonensem vel.. Aurelia-

Epif. 91.
Commititur
tertia cause
ultrarum au-
diendæ.

Epif. 93.
Mutantur pri-
vilegio adver-
sus litteras apo-
stolicæ sedis,